



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Iudex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

3 Iudæo non licet Christianum seruum, aut famulum habere. Quod si eius seruus Christianus est, aut esse vult, fit liber.

* *Azorius l. 2. q. 7. § Quod si 3. c. mancipia. d. 54. vide Caiet. 2. 2. q. 169. 2.*

4 Iudæi non sunt prohibendi celebrare suos ritus, aut reficere suas Synagogas.

* *Vide Azor. l. c. c. 6.*

5 Aiunt quidam, posse Principem non habentem superiorem in temporalibus, permittere Iudæis vsuras, si ita expediat Reip. Licet enim permittere mala minora ad euitanda maiora, vt apparet in meretricio.

* *Vide Azor. l. 8. c. 22. q. 13. Nau. c. 27. nu. 143. 2. conf. 3. de vsu. Syl. Vsur. 9. q. 22.*

Addit. 3. Dicens, se esse Iudæum, peccat mortiferè, nunquam enim licet alienam profiteri fidem *Cai. 2. 2. q. 3. art. 2.* idem dicit de vtente Iudæorū veste: de quo vide *Azor. l. 8. c. 27. q. 4.*

Christiana nutrix, extra Iudæorū domus, eorum infantes nutrire potest *secundum Zabarrellam: quod negat Ant. de Bu. Io. And. Abbas, Azor. l. c. c. 22. q. 9.*

In Comœdijs, & Tragœdijs populo exhibitis Iudæorum, & Paganorum veste vti licet. *Azor. l. 8. c. 27. q. 6.*

Iudex, vide Iudiciales actus.

Iudicium temerarium.

Non est mortale temerè de aliquo iudicare id, de quo ille nihil curat; vel

P 6 de eo